



Taubmann. <sup>apromete</sup>

approbatum semel reprobari non potest 148. 13  
quod semel placuit amplius displicere non debet p. 29. num. 7.

1 Tau  
2 Gz  
3 Svec  
4 tauo  
5 Mohu  
6 K lau  
7 Crib  
8 dooy  
9 Wdig  
10 Nn  
11 Lau  
12 Rg  
13 Wagn  
14 Erag  
15 Baz  
16 An  
17 Kap  
18 We  
19 An  
20 Jac  
21 Ne  
22 Bi  
23 Lu  
24 Ma  
25 Lau  
26 Lu  
27 Ma  
28 Ne  
29 Bas  
30 Th  
31 Bal  
32 dnd  
33 Dor

L. 9  
M. 1 6 10





50  
1363.  
C. B. D.

TRIGA SEMI-  
DECADUM MISCELLANEA-  
RUM EX JURE PRIVATO, FEUDALI,  
ATQUE PUBLICO DESUM-  
PTARUM

*Amplissima atq; Nobilissima Juridice Facultat. Consensu*

PRÆSIDE

GOTTFRIDO SCHNEIDERO


U. J. D. Curiaeq; Provincialis Advocato  
Ordinario

*Proposita Publicè*

à

PTOLOMÆO Langhorst  
Oldenburgensi.

*In Auditorio 7 Ctorum d. Decembr. hor. antem.*



WITTEBERGÆ

Typis MICHAELIS Wende/  
Anno M DC L.

XXV

9 8





*Incluto, Illustrissimo juxta ac Gene-  
rosissimo*

COMITI AC DOMINO  
DOMINO

ANTHONIO GUNTHERO

Comiti in Oldenburg & Delmenhorst/  
Dynastæ in Zehevern & Kniep-  
hausen &c.

*Domino suo longè clementissimo.*

AMORI ATQUE DELICIO CIVIUM,  
CONSERVATÆ PATRIÆ SOLATIO UNICO.

*submissâ humiliq; devotissimi pectoris  
veneratione*

D. D. C. Q.

*Ptolomeus Langhorst  
Oldenburgerfis.*



DE  
SEMICADES PRIMÆ

1765.

CONCLUSIO I.

Ad legitimationem per subsequens matrimonium essentialia esse Dotalia Instrumenta, tam credimus, ut confidamus planè.



Uæstio hæc *Bachovij* non obscuræ adeo notæ Jcti ingenuitate imprimis nobilitata est. Is enim *in animæ adversion: ad Treutl. Disp. 2. part. 1. Thef. 6. lit. F.* defendit contrariam, cui postea nuntium misit *in Commentar. ad institut. & quidem ad §. f. 1. de Nupt.* Quo ipso equidem partes ingenui scriptoris functus est. Sic à futuris se deceptum *Hippocrates* memorie prodidit, more sc. ut ait *Celsus de Medicina l. 8. c. 3. magnorum virorum, & fiduciam magnarum rerum habentium. Nam levia ingenia quia nihil habent, nihil sibi detrahunt. Magna ingenio, multaq; nihilominus habituro convenit etiam simplex veri erroris confessio, præcipueq; in comminatio quod utilitatis causa posteris traditur, ne decipiant eadem ratione qua quis antè deceptus est.* Rationes quibus commotus fuit potissimæ inveniuntur. 1. Quod hæc instrumenta Dotalia Germanicè *Heyrathsbrieffe* *Schultz. ad §. f. 1. de Nupt. quæ & aliàs Nuptialia* vocantur, ut in *§. 2. 1. de heredit. quæ ab intest. defer. & Nov. 74. in pr. & ab Augustino lib. 14. de civit. Dei c. 18.* Nuptiales tabulæ dicuntur, non dotis constitutionem contineant, sed nuptiarum potius dispositionem. Indè vult existere, de tali dispositione aliàs haudquaquam constare posse, nisi per talia instrumenta. In hisce enim declaratur animus contrahentis nuptias, scilicet se velle verum conjugium inire, concubinam non ut talem amplius, verum ut uxorem diligere, filiosq; antè natos per hoc contractum matrimonium legitimos efficere quam vim huic commodant jura: *c. tanta x. qui filij sunt legit.* Quod autem non aliter nisi per dotalia instrumenta efficitur, quæ considerata hac solennitate vice formalis cujusdam constituentis funguntur. *Wurmser. in nucl. Jur. Controv. Instit. Imper. Disp. 2. contr. 2.* Quare & videmq; à Doctoribus semper ejusmodi instrumenta Dotalia inter requisita legitimationis poni. *Bernh. Grev.*

A 2

Grev.



*Greg. l. 2. conclus. 141. n. 18. Alex. Trentacinq. variar. resol. lib. 1. titul. de legitimat. res. 1. n. 3. Arism. Tepar. Compend. Decisio. Tit. 450. c. 3. Conrad Rittersbus. ad Nov. part. 4. c. 12. n. 8. Orvald. Hillig. D. E. l. 2. c. 21. l. f. Quæ penes Ebræos usque adeo necessaria fuerunt, ut mulier nuptia ijs non intervenientibus concubinæ vel pellicis, non verò uxoris loco habita fuerit arg. Tob. 7. v. 16. Cypræ de Sponsal. c. 11. §. 3. 2. Probant assertionem aperti juris textus. Scilicet d. s. sui autem 2. de Hered. quæ ab intest. defer. Nov. 12. c. ult. Nov. 18. in pr. Nov. 89. c. 8. Nov. 117. c. 4. & c. 6. l. ii. & 10. C. de Natur. liber. §. fin. l. de Nupt. in quibus partim duo Ablativi inveniuntur, qui ejus sunt indolis uti conditionem inducant arg. 109. D. de Condit. ac Demonstr. Sed conditio obtinet vim formæ, quæ, ne actus corruat strictè servari debet l. 9 §. 3. D. ad Exhib. Herman. Gødøhausen part. 1. P. A. q. 5. Quem eundem nescio quis genius malè invocatus in eam sententiam introduxit, ut nullam dissonantiam hic inter jus civile atq; canonicum agnosceret. Namq; ait, quod in famosissimo c. tanta & c. Qui fil. sunt legitim. nulla dotalium instrumentorum mentio invenitur, id utiq; nobis fumum vendere non debet: quia tùm vulgatum istud brocardicum, in dubio canones non dedignantur Leges civiles sequi; tùm verò Gregorij 9 in c. 57. X. de Election. effatum (scilicet non præsumendum, Pontificem jura tuentem tacito nutu vel uno verbo subvertere voluisse, quod alias excogitatum multisque vigilijs inventum est) ad contrarium nos flectere queunt. Sed nimis hic extra rem est. Quoad primum enim dicimus nullum hic adesse dubium, cum in certis locis conjecturis hand detur. Jam verò quid certius quæso, quam Pontificem in d. c. tanta noluisse desiderare Dotalia Instrumenta? Hæc enim si desiderasset, expressis equidem indicasset verbis, sicq; se adeo ad jus Civile conformasset. De cætero in d. c. 57. alius longè casus deciditur: Scilicet generalis concilij ordinatio tantummodo respicit ea, quæ sunt de forma non verò contemptum ac talia. Neq; verò credi oportet Pontificem uno tantùm verbo voluisse tollere, quæ tractatu habito in concilio inveniuntur constituta. Jam si hæc conferantur ad propositam materiam sicut abs se sunt aliena à scopo Gabausij, ita eum promovere handquaquam valent.*

CON-



## CONCLUSIO II.

Venatio ut adimeretur subditis causæ non unæ,  
eæq; capitales effecerunt.

Venationum varia genera exstruunt.

Doctores, scilicet venationem oppressivam, Adulatoriam, Arenariam & Saluosam. Priorem assimulant tyrannidi putantes quod pro sententia faciat illud *Gen. 10. v. 9.* Alteram ad Histrones, Parasitos, ac Caprimulgos referunt. Tertiam pugnaturis in ludis Circensibus propriam statunt. Saluosam deniq; habent, quæ in saltu atque vel canibus vel sine his ut puta fossis decipulis laquearibus vulgò. *Der Hagen verbinden* perficitur. *Frideric. Pruckmann. de Venat. cap. 3.* Quæ & propriè venatio dicitur. *Hieronymus Schurff. eent. 3. consl. 1. n. 5.* Qualem Principibus Viris dignam Politici statuunt, ut *Scip. Am. in dissertat. ad Tacit. lib. 2. discurs. 1. Matth. Bernegger. in Quæstion. Miscellan. ex Taciti Agricol. & German. Quæst. 79. & Quæst. 172.* qui postremus venationem pro quodam quasi militiæ progymnasmate habet. Ex quo illam *Jacob. 1. Magnæ Britann. Rex in Institut. Regia ad Henrie. Primogen. Filium pag. 154.* Regijs exercitijs accenset. Et *Adam. Comren. in Method. Doctrin. Civil. c. 11. inter exercitia,* quæ inter adolefcebatur Abissinus Rex non sanè obiter refert. Fuerunt hoc exercitio veteres Germani imprimis clari, prout ex *Cæsare de Bello Gallico c. 21. l. 4. C. Cornelio Tacit. de Morib. German. c. 15. n. 1.* constat. In universum autem antiqui Reges atq; Domini quorum longam seriem contexerunt *Matth. Berneg. d. 9. 79. Timquell. in Tract. d. Nobilit. c. 37. n. 14.* Extollit huius Exercitij nobilitatem præ cæteris *Celeberr. Dn. August. Buchner. in Panegy. Sereniss. ac Potentiss. Elector. Saxon. jussu Academ. anno 1648. dicato dum scribit: Est quidem, SERENISSIME ELECTOR,* ubi cum influentibus negotiis, fecisti paria, proprium tibi & acceptissimum omnium remissionis genus, ire in saltus, lataq; sylvarum indagine claudere, atq; aut premere equo cervum aripedem, aut apro fulmineo congregari & occupare irruentem ferro, cum nobilissimis bestiis nunc agilitate virium, nunc fortitudine haud contententi aliter, atq; si otij tui oblectatio sine sudore constare haud posset: aut recreationis haberet instar laboris cum labore mutatio, decantatissima heroum veteris disciplina ut reddas fidem, qui delicatam omnem cessationem, ubi locus severiorii



riori virtuti haud esset, non remissionem ac otium, sed effeminatam mol-  
 liciem, ruperemq; desidiam accipiebant. Et nisi tanta fuisset hujus excel-  
 lentia, Principes sane sibi solis illam tanta cum severitate haud-  
 quaquam vindicassent. Neque verò immeritò. Quippe 1. Distincta  
 debent esse officia subditorum. Si igitur his & talibus æquè liceret  
 vacare ab agricultura ac cœteris abstraherentur. 2. Coræ esse oportet,  
 ne animantium pereant species, quæ ad annonam pariter ac vi-  
 ctum faciunt. 3. Equum est, uti Principes pro laboribus hac recrea-  
 tione Regia fruantur. Quæ atq; similia habent *Dn. Georg. Franz. in*  
*Exercitat. 4. Quest. 2. n. 7. Sebastian. Medic. de Venation. Quest. 5.*  
*n. 2.* Ac hæc quidem fuerunt potissimæ causæ, quæ moverunt Prin-  
 cipes venationem in se solos ut transferrent. Quod qui ex præscri-  
 ptione factum autumat, egregiè fallitur: tum quoniam venatio  
 inhabile præscriptionis objectum est, siquidem ex jure gentium  
 descendit; tum verò maximè, quoniam subditi nō fuerunt patien-  
 tes aut negligentes, licet sus suum contra superiorem defendere  
 non valuerint. Parilis error illos capit, qui occupatione in Prin-  
 cipes translata statuunt, quæ non potest non rem vacuum præsup-  
 ponere. Licuit autem, prout notum est, Naturali jure cuilibet ve-  
 nari, ut proinde res vacua dici non possit. Sed inquires fortalsè,  
 quomodò itaq; Venationes ad Principes pervenerunt? Ratione  
 nimirum Territorialis superioritatis publicæq; utilitatis harum u-  
 sus primùm nonnihil à Friderico I. coarctatus est 2. *F. 27. §. si quis*  
*ruficus 5.* metu videlicet summi periculi Reipublicæ imminenti-  
 si multitudini, inprimis agresti, arma permitterentur. Quod equi-  
 dem rationi naturali juxta atq; civili adversatur. vide hic plenius  
*Dn. Johann. Otton. Tabor. in absolutissimo tractatu de Aphyllis. cap. 4.*  
*n. 9.* Donec tandem per consuetudinem longissimam subditis pe-  
 nitus ademptus est. Malumus enim hoc consuetudinis potius, quàm  
 alio quodam verbo uti. *Valentin. Guiliel. Förster. de Domin. c. 9. n. 46.*  
*Et seq. Sigismund. Sinselthausß. Diss. Feudal. 3. contro. 10. l. b. & D. F. 4.*  
*contro. 18. Georg. Mor. de Nigrom. de Jur. Venandi part. 1. cap. 7. n. 39.*

CONCL.



CONCLUSIO III.

Exheredationem etiam ob alias causas in Novella 115. cap. 3. non expressas fieri posse, firmiter nobis persuasum habemus.

Non nos multorum Doctorum auctoritate in sententiâ hæc astruenda tuebimur. Sufficiant tres isti hac tempestate celeberrimi Viri Reinhard. Bachov. ad Treutl. vol. 1. Disp. 13. th. 8. l. 1. Herman. Gödehausen Part. 2. Peric. Acad. quæst. 31. Henric. Bessel. Dissert. Decisiv. ad Jus Pandect. 10. th. 13. quos hic Auctores habemus. Causæ in d. Novell. ob quos Parentes liberos exheredare possunt, inveniuntur decem ac quatuor, quas in hæc disticha detrusas legimus:

- Bis septem ex causis exheres filius esto :*
- Si patrem feriat, vel maledicat ei,*
- Carcere detrusum si negligat, aut furiosum*
- Criminis accuset, vel struat insidias.*
- Si dederit damnum grave, si nec ab hoste redemit,*
- Testarivè vetet, se sociarivè malis.*
- Si mimos sequitur, vitivèq; cubile parentum,*
- Non orthodoxus, Filia si meretrix.*

Quibus tamen nõ usq; adeò mordicus inhaerendũ est, ut pares majoresq; exheredationis censu velimus exigere arg. l. non possunt 12. D. de Legib. l. minime 35. D. de Religi. & sum. fun. l. in suis 11. in f. D. de lib. & postum. siquidem similitum eadem censetur dispositio, ubi eadem juris ratio l. illud 32. in f. pr. 3. D. ad L. Aquil. l. fin. C. ad L. Falcid. Et si in majoribus pœna non obtineret, quæ alias in minoribus, quid quæso absurdius? d. l. 32. ibi: præsertim cum inter dũm levior. D. ad leg. Aquil. Pœnaliũ porro ea natura est, uti ad similia fieri queat extensio l. famosi 7. S. pen. ibi: ad exemplum D. ad Leg. Jul. Maj. c. un. S. 2. vers. sed quia natum. Quæ fuit prima caus. seu diamutendi. 2. F. 24. Jam si dictiones taxativas spectamus, eæ vix similes casus excludunt l. 1. § 1. ff. Si ment. fals. mod. dixer. l. ob as alienum 12. ubi Gl. C. de præd. & al. reb. min. cum similibus. Immo Imperator in d. Nov. 115. c. 3. in pr. vers. sed quia excludit solum causas leves, ibi: nec digna atq; ex lege veteri addere vetat, ibi: ex alia lege aliqua futura, tunc enim



enim lege non existente causæ apponerentur *Arg. l. pen. ff. de his qui sui vel al. jur.* Sicut nec quoad majores causas correctoria *d. c. 3. ibi: aliqua vero cum essent dignæ permiffæ*, sed quoad causas minores, *d. c. 3.* quarum aliqua nec dignæ; unde hic quoad illas causas majores licita est extensio. Et si rem, prout est, exputare animo instituimus, non opus extensione hic est, cum illæ causæ vi & potentia verborum contineantur. Prout ita non minus eruditè quàm graviter sentit *Henric. Bessel. d. jam l.* Quid quod si aliter statueremus, illud in congruens inde surgeret, quod parentes impio indignoq; filio bona sua hoc casu relinquere cogerentur. Non attingemus illud, quod *Göschhausen* urget; Scilicet nonnunquam legi aliquid deesse, tum ob rei naturam, tum ob Legislatorem. Ob illam, quia rerum agenda materia singularis, singularia autem aliquo modo sunt infinita. Ob hunc, quoniam semper ferè aliquid omittit. Contrà sentientium rationes consultò jam prætervehimur, ne discursui occasionem amputemus.

CONCLUSIO IV.

Abstine omen, ut tam iniqui in Filios studijs in Academijs attendentes esse velimus iudices, uti sumtus submissos collationi subjacere statuamus.

Antè omnia nosmet de suspitione ut purgemus, necesse est. Scilicet non idèò inducimur ad controversiæ hujus assertionem, quasi & hic nostra ageretur res, sed quod ob legum verum & genuinum intellectum, rationumq; sinceritatem juxta atq; Doctorum tradita aliter statuere haudquaquam liceat. Textus in hanc rem clari sunt: Nimirum *l. qua pater 50. ff. Famil. Erisc. ibi nisi credendi animo pater misisse fuerit comprobatus*, ex quibus verbis elicitur, non nudam Patris consignationem, sed exactam atq; evidentè probatione requiri. *arg. l. si defunctus 10. C. Arbitr. Tulet ibi: debitum autè aliis indicis comprobari oportet.* Item *l. Nefennius 34. ff. de Negot. Gest. in qua dicitur, quod mater alimenta a pietate cogente, præstare præsumatur.* Quæ aliter repeti non possunt, nisi protestata sit mater. Hinc sequitur, collationem non ita nudè ex consignatione colligendam. Sicut & *l. alimenta*



*l. alimenta* 11. *C. de Negot. Gest. ubi alimenta etiam ex materna pietate  
 presumentur erogata.* Reptendi verò animus ostendi debet,  
 vel per testamentum *d. l. Nesevinius 34. ibi: quid enim si etiam prote-  
 stata est vel aliis modis d. l. 1. §. sed an id ff. de Collation. ubi id quod di-  
 gnitatis nomine à Patre datum est, filium habere premium dicitur ab o-  
 nera dignitatis l. 20. §. 6. ff. Fam. Erisc. l. 3. §. 1 ff. de Muner. & Honor. l. 5.  
 C. ad Sctum Macedonian.* Hisce accedunt rationes sequentes. Quo-  
 niam in causa studiorum cessat Sctum Macedonianum *l. 5. C. ad  
 Macedonian.* Ex quo quidem apparet, quod Pater teneatur suppe-  
 ditare sumtus. Si enim tenetur sumtus ab alijs subministratos  
 solvere, multò magis tenebitur ab initio eos suppeditare. Item,  
 quoniam alimenta liberis præstita in collationem non veniunt,  
 nec ullibi in jure hoc cautum. Ex quo consequitur, quod nec  
 sumtus. Quippè & hi alimenta sunt, licet non corporis, at animi  
 tamen *l. 2. C. de Alim. Pupil. Præstand. l. 3. §. 5. ff. Ubi Pupil. Educari.*  
 immò plerumq; cum alimentis corporis conjunguntur. *l. 1. C. de  
 Infant. Expos. l. 15. C. de Negot. Gest. l. 9. §. 5. ff. de Carbonian. Edict.* Plura  
 in hanc rem v. penes *Sigismund. Sincelthaus. Observat. II. à num. 6.  
 usq; ad 11. Treutl. vol. 2. Diss. 17. Th. 5. lit. b. & vol. 1. Diss. 19. th. 13. lit. b. ibi-  
 que Bachov. Wesenbec. de Collat. Dot. n. 3. Hilliger. D. E. lib. 19. c. 64. lit.  
 xx. Dn. Johan. Limna. lib. 8. c. 7. n. 5. & seqq.* Sed age divertamus  
 jam in contraria. *Opponunt inter alia l. illud 20. C. de Collation.* Opp.  
 Cujus tenor hic est. Luctum ex militia acquisitum debet con-  
 ferri. E. & tales sumtus debent conferri. Equiparantur enim Rp.  
 studia militiaque. E. Sed responderimus cum *Bachovio d. l. Militi-  
 tiam* ibi significare officium aliquod atque dignitatem ordinarios  
 ac certos redditus habentem, ex qua quæsitum lucrum nec castren-  
 sis, neo quasi Castrensis peculij loco esse potest. Solent præterea  
 huc trahere paritatem dotis ac studiorum. Siquidem studia cum  
 dote comparantur. Quæ sicut confertur, ita & ad instar illius, hi  
 sumtus. Sed committunt hoc ipso fallaciam à dicto secundum  
 quid ad dictum simpliciter. Verum quidem, quod conveniant,  
 sed non nisi in subnexis. 1. Pater tenetur dotare filiam, non a-  
 liter atque ipsi incumbit quoq; alimenta suppeditare filio. 2. Rei-  
 publicæ interest, dotatas esse fœminas ad procreandam sobolem,  
 replen-



replenamque liberis civitatem: Pariter Reipublicæ interest, im-  
pendia dari ad studia, cum impendijs instructi habiles reddantur  
ad intervendum publico, quo robur esse alijs possint nitentibus  
ad majora, ac studijs invigilantibus, quorum scientia totus illu-  
minatur orbis. Sed hæc duo etiam discident. 1. Impendia studio-  
rum veniunt nomine alimentorum *ad. ll.* Dos vero nullatenus.  
2. Dos ut conferatur, volunt leges exferat, impendia nequaquam.  
Quod autem in lege non habetur, in practica non cavetur. 3. Do-  
tem hominum avaricia, qui carnem nolunt sine condimento ex-  
peti: Impendia verò ad studia necessitas requirit. 4. Matrimo-  
nium sine dote constare potest. *l. fm. pr. c. de Donat. ante nupt. l. f. C. De  
Repud. &* quod consecretarium, liberis civitas repleri potest; ac sine  
impendijs quis studiosus esse non potest. Non enim ut cha-  
maleon, ita studiosus, vento vivit, *v. hic. Limna. d. l.*  
Qui sub nomine impendiorum tamen sumtus pro filio  
in gradum Doctræ, Licentiæ atque Magisterij mini-  
stratos haudquaquam comprehendi contendit. Sententiam hanc  
& suo quoq; confirmat puncto Dn. *Benedict. Carpz. in Jurisprud.  
Forens. Roman. Saxon. part. 2. c. 10. dis. 28.* verba sentent. Dargegen  
ist Euch dasjenige/was ihr über notdürfftige Unterhaltung zu Erle-  
gung des Gradus Magisterij, vnd ihrer Außstattung auf sie erweislich  
gewendet/von ihnen hinwiederumb zu fordern vbenommen.

## CONCL. V.

*Autoretaur* Jure civili non nisi certis casibus lici-  
tam fuisse, tam textus, quam ratio evincit.

In tres utique factiones circà hanc quæstionem Doctores scin-  
dantur. Sunt enim nonnulli, ut *Erasm. Ungew. Exercitat. Justinian.*  
1. *Quæst. 13. Egid. Hortens. ad S. Juris præcepta 3. J de Instit. & Jur.*  
qui eam permissam Jure Civili fuisse tradunt. *Godofred. Fribig. in  
Colleg. Legal. Public. Disput. 1. Quæst. 2. Semidec.* eam simpliciter  
prohibitam hoc Jure statuit. Reliqui, ut *Sigismund. Sincelthausß  
observat. 43. ab initio usq; ad num. 14. Herman. Göchhausen part. 1. Pe-  
riculor*



*riculor. Academicor. Quest. 23. Benedictus Carpz. Prax. Criminal. part.*  
 1. *Quest. 2. n. 24. & seqq.* medio eunt, cumque toto hoc negotio  
 certis sub quibusdam circumstantijs, quas tædium vitæ, ac si quid  
 simile suggerit, transigunt. Sanè licuerit hic, ni fallor, cum Æ-  
 rælio Scauro interrogare: *Utri creditis? Usq; adeo unusquisq;*  
*suam tantum, quantum potest, ornat. Quamvis postrema cæteris*  
*emendatior videatur, utpote quam ipsa Jstorum conditio com-*  
 *mendat.* Notum nnicuique adeo, qui vel saltem trivialem in  
 Jure Civili cognitionem adeptus est, quod Jcti Stoicorum scholis  
 innutriti, multa ex illorum præceptis hauserint. Ut ita mirum  
 videri haud debeat, si exindè *ἀπορρογία* tolerandam didicerint,  
 Inquam rem *Matthi. Bernegger. in Questionib. Miscell. ex C. Cornel. Ta-*  
 *cit. German. atque Agric. q. 25.* ita scribit: *Inter alia Stoicorum paradoxæ*  
 *& illud non minimum est, quo sapientem sua sponæ posse abire è vitæ, &*  
 *quomodo è convivio discedere cum lubet, licet, ita ex hac vitæ migrandum*  
 *esse, cum non sit, cur vivas, disputant. Quò pertinent imprimis dicta*  
 *Senecæ Ep. 70. Si multa occurrunt molesta & tranquillitatem turbantia,*  
 *emittit se sapiens, nec hoc tantum in necessitate ultima facit, sed cum pri-*  
 *mum illi caperit suspecta esse fortuna.* Et lib. 3. de Ira cap. 15. *Quo-*  
 *cunq; respexeris, ibi malorum finis. Vides illum præcipitem locum?*  
 *Illic ad libertatem descenditur? Vides illud mare, illud flumen, illum*  
 *puteum? libertas illic in imo sedet. Vides illam arborem brevem, re-*  
 *torridam, infelicem? pendet inde libertas? Vides jugulum tuum, gut-*  
 *tur tuum, corticium? effugia servitutis sunt. Nimis mihi, inquires, o-*  
 *perosos exitus monstras, & multum animi ac roboris exigentes. Qua-*  
 *ris igitur quod sit ad libertatem iter? Qualibet in corpore tuo vena.*  
 Ex quibus satis utique constat ac super, partem doctrinæ positam  
 fuisse in eo, uti mori potius quavis ratione, quam adversa pati vo-  
 luerint. Vestigia hujus Doctrinæ, eaque varia in Jurisprudentia  
 apparent. 1. sedet in tædio vitæ l. 3. §. si quis 4. & sic autem 6. ff. de  
 Bon. eor. l. 6. §. 7. ff. de Injust. rupt. irrit. l. 11. §. 3. ff. de His qui notant. infam.  
 Sic enim Senecæ Epist. 58. *Non relinquam senectutem, si me totum mihi*  
 *reservavit, totum autem ab illa parte meliore: at si cepit conutere*  
 *mentem, si partes ejus convellere, si mihi non vitam reliquerit, sed ani-*  
 *mam, profiliam ex edificio putrido ac ruenti &c. 2. In impatientia ad-*  
versa



verſæ valetudinis d.l. 3. §. 4. & §. 6. d.l. 6. §. 7. l. 1. §. 23. de *ſer. Syllian. l.*  
*45. §. ff. de Jur. Fiſc.* 3. In pudore æris alieni d.l. 45. §. 2. de *Jure Fiſc. l.*  
*6. §. 7. ff. de Re Militar.* 4. in luctu l. ſi quis 38. §. ff. de pæn. 5. vel  
 in alia quadam cauſa d.l. 3. §. 4. d.l. 38. §. ſin. d.l. 6. §. 7. Latius hæc de-  
 ducunt *Ginckelſthauß* atque *Göckhauſen d.d. l. l.* Hæc ac ſi quæ hiſce  
 ſimilia ſufficiunt ad induendam opinionem, Jurisconſultos ſe-  
 cundum dogma cenſuiſſe, licitam hiſce caſibus *ἀνοχεςία*  
*χρησίου* fuiſſe. Contra veniunt hic nonnulli, ſed ſucceſſu vix  
 ullo, Dicunt 1. incertum adhuc eſſe, num omnes juxta *Ἰῆτι ἀνοχεςίας*  
 probarint. Verùm exceperimus, ſatis nobis eſſe, quod  
 plurimi, 2. Conceſſo hoc etiam, probandum tamen adhuc erit,  
 omnes *Ἰῆτος* Stoicorum Doctrina imbulos fuiſſe. Quippe re-  
 poſuerimus, maximam eorum partem è talium doctrina quid hau-  
 ſiſſe. Hi igitur qui manum ferulæ inter Stoicorum pluteos ſub-  
 traxerunt, ejusmodi præcepta in Juris Civilis libros conuexerunt.  
 Qualia ſunt omnia, quorum *Cujac. lib. 26. Obſervat. 40.* meminit.  
*L. porro 2. §. 40. ff. de O. J.* utique probat, quendam è nominatis  
 Stoicum fuiſſe. 3. Nullam ſub eſſe conſequentiam, *Ἰῆτι* fuerunt  
 ſtoici E. approbârunt *ἀνοχεςία*. Sunt quædam Stoicorum  
 dogmata, quæ rejecerunt. e.g. Peccata æqualia eſſe, ac ſi quæ alia.  
 Reſponderimus enim, allegatas leges ſatis declarare, hoc de *ἀνοχεςία*  
*dogma Ἰῆτος* in prædictis caſibus fuiſſe ſecutos. 3. Nul-  
 lam eſſe conſequentiam. *Ἰῆτι* fuerunt Stoici, approbâruntque  
*ἀνοχεςία* E. Jure civili noſtro Romano licita eſt atque permiſſa.  
 Quod citrà injuriam Juſtiniani Principi Chriſtiani dici uequit, ex  
 cujus voluntate auctoritateq; multis ac plurimis transformatis le-  
 ges compoſitæ ſunt, Dixerimus enim non tantùm veterum *Ἰῆτος*  
 ſententias de *ἀνοχεςία* in dd. caſibus confirmariſſe Juſtinianum in  
 Pandectis, verum etiam Imperatorū Antonini Diocletiani & Ma-  
 ximiani l. 2. cui reſtam. fac. poſſ. l. 1. C. de Bon. cor. qui mort. ſibi conſciuo.  
 Conſtitutiones in Codice id evincunt. Extra hoſce autem caſus  
 de *ἀνοχεςία* Chriſtianè ſenſiſſe demonſtrant textus, l. 13.  
*ad leg. Aquil. l. 38. §. ultim. ff. de Pan. l. 23. de Edil. Edict. l. 6.*  
*§. 7. de Me militar.* Secundum quos *ἀνοχεςία* vetita invenitur.  
 Sicut non minus hoc ipſum formatur imprimis prohibitione ho-  
 mi-



micidij. Lex enim generaliter vetat homicidium perpetrandum  
E. & sui ipsius quoque. Quin imò multò magis: quando-  
quidem omnis ordinata charitas incipit à se ipsa. Et majorem  
charitatem justitiàmque nobis ipsis debemus, quam alijs jure na-  
tura; à qua unicuique tributum ut se, vitam, ac corpus suum tuea-  
tur. *Cic. l. 1. de Off. Petr. Theodor. Colleg. Criminal. Disputat. 7.  
thes. 2 l. c.*

## SEMIDEC. II.

### CONCLUSIO I.

Nova Investitura quemadmodum ab Antiqua  
Renovanda differt, ita tempus illius petendæ  
est arbitrarium, hujus autem annus atque  
dies.

Investitura à verbo investire descendit, quod invenitur penes *Plin.  
lib. 35. cap. 7.* unde & Investimentum dicitur, quod *Livius lib. 4.* usur-  
pavit, ubi ait: *Ne cui album investimentum addere petitionis causa  
liceret. Gerard. Job. Voss. de Vit. Sermon. & Glossen. Latino Barb. l. 1. c.  
19.* Vestis autem penes Latinos non tantum significat indumen-  
tum, sed quandoque etiam barbam. Sic penes *Virgil. lib. 5. Æneid.*  
legitur: *Aurea cesaries ollis atq; aurea vestis:*

Hinc *Investis* atque *Imberbis* promiscuè usurpantur. Quæ vox  
nonnunquam significat & hos, qui in vesta, hoc est, pudicitia ac  
castitate vivunt. Quæ obiter tantum in antecessum lubuit  
monere. De cætero, Investitura ab Investire est. Quoniam si-  
cut homo dicitur vestitus, quando induitur veste; ita Vasallus  
de feudo novo investitus, quasi possessione rei vel jure veste videtur  
indutus. Quippe hac veste ditior efficitur, eiq; gaudium atq; uti-  
litas attribuitur, *2. F. 23. inf. Unde & Investitio dicitur 1. F. 26. vers  
Testes vero 1. F. 28.* Sicut econtra verbo *Devestire* pro eo, quod  
Feudo aliquem privare est, Feudista *1. F. 7.* utitur. Aqua derivatio-  
ne diversum abijt *Gothofred. Anton. D. F. 4. th. 1. lit. c.* ut pote quæ





eem Investituræ à Germanio Vest, quod firmū significat, derivat. Quasi Investire propriè significaret alicui possessionem concedere, vel stabilire talem ac confirmare, cujus contrarium esset Devestire, cum quo concinunt *Rittersbus lib. 1. c. 8. q. 2. Vultei lib. 1. c. 7. n. 4.* Quam tamen denotationem valere jubemus ex æquo. Sed ut in ordinem redeamus, *Investura*, voce nimirum pro investiendi actu sumta, für die Belehnung oder Lehneempfangnis *c. un. 1. F. 25. c. un. inf. 2. F. 1. est nihil aliud, quam concessio atq; traditio feudi solennis, per quam dominium utile vasallo acquiritur. Herman. Vultei. 1. F. 1. n. 6. Esto; 4. vel Propria vel Abusiva. Illa est ipsius rei in Feudum concessa corporalis traditio, c. un. pr. Quid sit Invest. 2. F. 2.* Inde etiam possessio dicta *d. c. un.* Hæc est corporei cujusdam signi, nimirum vexilli, hastæ, & similibus, verborum promissione addita correctio *d. c. un. 2. F. 23 pr. Arum. D. F. 5. th. 6. Schrader. de Feud. part. 5. c. 2. num. 1. Rosenh. Synops. Fendal. cap. 6. concl. 1. 2. seqq. 2. vel Nova vel Antiqua. Nova est, quæ ratione Feudi Novi petenda venit. Antiqua verò, quæ ratione Feudi Antiqui. Quoad illam, tempus est arbitrarium, ut potè de quo in Jure Feudali nihil dispositum invenitur. Quoad hanc est annus atq; dies. Ob. t. t. expressos, c. un. pr. Qua fuit prima caus. feud. amitt. 2. F. 24. c. un. pr. de capitul. Corrad. 2. F. 40. c. un. pr. vers. pr. aterea si quis. De prohib. Fend. Alienat. per Frider. 2. Feud. 55. Quod tempus consuetudine sola introductum, sufficiensq; visum, adeoque postea de forma atque solennitate hujus petitionis receptum fuisse apparet. Frustrà igitur hic respiceretur ad Bonorum possessionem, frustrà ad difficillimam istam quæstionem, utrum dies termini computetur in terminum Sintelthaus *D. F. 7. c. 16. lit. c.* Obve saturatæ non parū *c. un. pr. Q. o temp. mil. Investitur. peter. deb. 1. F. 22.* ubi annus atque mensis præfinitus invenitur. Quod ubique usque adeò priori contrariatur, ut quod maximè. Proteos inconcilianda hac contretierate diceret Doctores. Usq; adeò in varias sese transfundunt formas, *Hottoman. Cujac. Borcbold. Gothofred. Rittersbus* manui textui ad movent, atque pro mense supponunt diem, satius esse putantes, illud LIRE SECA adhibere, quam dissidentes hos textus tolerare. Sed hæc quidam vis est Potius enim concordare jura juribus decet, quam correctio.*



diones inducere *arg. c. cum expediat 29. de Election. in 610.* Refragatur præterea concors Codicum lectio, quam communis Dd. consensus confirmavit. Siquidem violentum remedium hoc est, & non nisi morbi desperatissimi, cui si adhibeatur indistinctè, haud raro pro vero falsum, pro vita utriusque habebimus necem. *Dn. Job. Limna. tom. 2. l. 4. De Jure Publ. cap. 7. n. 7.* Alij quorum Catalogum exhibet *Schulz Synops. Feud. c. 9. n. 63.* pro consonantia textuum dicunt, Annum atque mensem militibus in expeditione degentibus competere, quibus singularis indulgentiæ gratia annus atque mensis integer destinatus. Succurrere rubri, *cam d. c.* statuunt, *Quo tempore miles &c.* quæ non simpliciter Vasalli, sed cum restrictione quadam militis mentionem facit. Sed frustra sunt. Militis enim vocabulum in Jure Feudali nihil aliud significat, quam Vasallum, magisq; Domino, quam Pagano opponitur ut *2. F. 16. §. 2. 1. F. 22. in f. cū similib. Hattrysser. Analys. Jur. Feud. c. 9. l. c. Johan. Schonher D. F. 1. Thes. 127. lit. b.* Qui nunc Vasallus, nunc Clientis, nunc Fidelis nominari solet. Id quod præter in finita loca & nostri *c. §. si quis & sequens* comprobant. Dicimus igitur, scilicet diem hic non naturaliter, sed civiliter esse intelligendum, ita ut contineat sex septimanas cum 3. diebus, prout ex terrè id probat *Lehr. cap. 25. ibid. Wenn ihn aber der Herr im Jahr und Tag &c. & ibid. binnen sechs Wochen und einem Jahr Weichbild art. 21. in pr. & art. 4. junct. al. ibid. Lehr. cap. 4. ibid.* Diese Herrschafft soll man verkündigen und außbieten sechs Wochen ein Jahr und 3. Tag, quod eo minus dubij habet, quo magis compertum jam est, sicut reliqua jura feudalia, ita & hoc capitulum è Saxonum consuetudinibus esse depromptum, in quibus annus atque dies Vasallo ad pretendam Investituræ renovationem præfinitus est. *Lehr. Cap. 22. in pr. Annus & dies jure Saxonico Moderno parili modo Reaovationi præfinitur. Const. Elector. Aug. p. 2. Const. 45. §. 6.* *So viel aber die Folge des Gedings Berl. p. 2. concl. 53. n. 29. cum allegat.* Cum hoc tamen temperamento, ut si ex justa id causa Vasallus facere præpeditus fuerit, puta ob bellum, pestem vel Domini absentiam &c. quod tunc hoc ipso non statim perdat feudum, vel jus Simultaneæ Investituræ. *Dn. Benedict. Carpz p. 2. const. 45. Def. 18.*

Cum



Cum quo concinit ex parte Carol. 5. constitutio. Das Röm. Königl. May Regiment betreffend *sacta Wormatia Anno 1528. §. vnd behal- ten vns zuvor ibi.* Daß in einem Jahr einem jeden seine Regalien zu empfangen gebühret. Qui tamen terminus Investituræ ad instan- tiam petentis extendi potest. Tenorum hujusmodi ex hibe- *Dr. Job. Limma in Addit. ad lib. 4. cap. 7. post. num. 19.*

## CONCL. II.

Feuda etsi observitia regulariter dentur, ea ta- men Vasallus contra Patrem regulariter præ- stare haudquaquam tenetur.

Feudum, quod antiquis Gallis Fe secundum Henric. Spelman. in *Ar- chæolog. sub lit. F.* dicebatur, ejus naturæ est, ut regulariter ob servi- tia concedatur. Hinc *Feuda Franca* ita dicta, quod libera ab omni- bus servitijs sint, *Impropria* vocantur: eum Feudi natura ea sit propria, uti Vasallus Domino fideliter serviat. 2. F. 104. Ipsa au- tem servitia comprimis variabant, dum alia *Militaria* alia *Pagami- ca* cap. 1. 2. F. 26. cap. un. §. ad hoc 1. vers. tu tamen scias 2. F. 28. alia *Saluta- ria Utilitas*, Domino, alia verò *Ludicra*, indeque vix quavis ratione proficua erant. Quæ solam si recognitionem demas, vix spe- ciem servitiorum tuebantur. Ejus farina sunt sequentia: *Cant- rare certo die cantilenam, currere Quintanam, portare ramum viri- dem atq; florigerum, cantilenam dicere coram Domina, offerre laudam boum curru vectam vinetamq; Chopin. de Legib. Andegav. lib. 1. c. 31. n. 8. Borell. consl. 1. n. 147. imponere ramis silentium, ac si qua talia.* E quibus illud imprimis ridiculum, cujus *Candem in Icenis* memi- nit. Nimirum Balduinus à quodam Angliæ Rege terram per Se- riantiam tenuit cum hoc onere feudali, uti quotannis in die Nata- li Domini Regis coram eo faceret unum saltum, unum suffletum, & unum bumbulum: hoc est, saltaret, buccas cum sonitu inflaret, atq; ventris denique crepitum ederet. Quæ in transitu tantum attingere lubuit. Si quæ igitur servitia militaria ob feudum præ- standæ erant, illa serio ac sine discrimine aut ullo respectu præsta- bantur. Indè venit, quod in *l. l. c. un. 2. f. 7. ut & 2. F. 28. in f. lega-* mus



mus contra omnes ut hinc nullo negotio fieri extensio quoad Patrem queat. Quæ tamen sententia ut periculosa, amplectenda non est. Obversatur enim omnibus juribus. Et quidem *Divino ob Exod. c. 20. v. 21. Deuter. c. 5. v. 21. Naturali l. 2. D. de Jusit. & Jur. ubi dicitur quod naturali jure jubeamur parentes honorare.* At hæc jura immutabilia censentur *§. sed naturalia 13. l. de 7. Nat. Gent. & Civil. M. D. O. Fer. Reusu. Disput. Feudal. 7. tb. 93. Civili, ob l. 35. ff. de Relig. & Sumt. Funer. l. postliminio 29. §. filius ff. de Captiv. & Postlimn. Revers.* Et facta quæ lædunt pietatem ac contra bonos mores sunt, nec facere nos posse credendum est, *Papin. in l. 15. ff. de Condit. ac Demonstrat.* Si igitur dispicere satis valeamus, pro decisione hujus questionis dicendū videret, non nisi certis in casibus ac præsuppositis filium ratione feudi jurisjurandi religione constringi contra Patrem ut serviat. 1. Si Pater Patriam Vasalli impugnet *arg. l. minime 35. D. de Relig. ac Sumt. Fun.* 2. Si contra Christianam Religionem vibrare arma nitatur. 3. Si Pater Domino bellum injustè inferat, atq; ita eum lædat, quem beneficio officere debet. *arg. 2. F. 28. in f. pr. Sincelsthaus. Diss. Feud. 9. Controv. 8. Arum. Diss. Feud. 5. tb. 29.* Quibus tamen in casibus suadent filio, ut mitius paulò cum Patre agat, ne ipsam naturam exuisse videatur. Multum adversarij præsidij sibi repositum putant *in c. un. 2. F. 7. Ero fidelis tibi Cajo Domino meo contra omnem hominem excepto Imperatore vel Rege.* Ubi vocem *omnis* in primis arripiunt, cujus vis atq; proprietates ea est, ut firmet regulam in casibus non exceptis. Sed rectè equidem eos excipit *Johann. Norderman. de Jure Principat. tb. 63. lit. b. Ubi ita scribit. Juramentum fidelitatis non est absolute accipiendum, verum hypotheticè. Quippè tenetur Domino assistere contra omnes ex jurisjurandi religiosa obligatione, si scilicet requisita conditio adsit, hoc est, necessariò quidem præstanda sunt servitia, sed honesta ac possibilia.* Sic quoque necessariò obediendum est magistratui, sed interminis sui officij, si scilicet nihil præcipiat contra DEUM. Huic enim magis obediendum *Att. 4. 19.* Cui addiderim dictionem (contra omnes) non esse *κατὰ παντός*, cum exceptionibus obnoxia sit. Si enim absolute esset necessitatis, infinitæq; universalitatis, tum etiam nec Imperator exciperetur, nec quoq; Dominus territorij, cui Vasallus

C  
Subiectus





subiectus est. Consulantur hic ulterius allegati Auctores, quibus jungi potest *Niell. D. F. 7. rb. 3. lit. d. Gorbosfred. Anton. D. F. 7. rbes. 5. lit. f.*

CONCLUSIO III.

Usque adeò conditio Clerici personam ejus afficit, ut à Feudi successione excludatur, etiam si per substitutum velit servire.

Ita equidem comparatum cum Clerico est, ut incapacitas ejus etiam personam substituti afficiat. In quam rem tot ac varij extant textus, ut *2. F. 30. ibi: etiam si habitum Religionis deponat*, Ubi notandum, quod Feudista universalis negativa, quæ impossibilitatem denotat, fuerit usus. Item *2. F. 26. §. qui clericus: ubi hoc ipso quis, dum clericus efficitur, feudo cadere dicitur*. Jam verò si hoc ipso quis incapax efficitur, quomodo quæso per substitutum habilis fieri potest? Non entis siquidem nullæ sunt qualitates. Hinc exsurgit ista maxima: cujus in principali nulla est existentia, ejus in accessorio effectus nullus poterit esse. *l. si servum 4. §. 2. ff. de Action. Em.* sicut & *2. F. 36. ubi Clerici cum Fœminis quoad hoc tertium comparantur*. Jam autem satis constat ac super, fœminas in feudis non succedere. Quapropter idem de Clericis ferendum erit judicium. Porro *2. F. 36. ubi assimilatur Clericus personis imperfectis, qui per substitutum servire nequeunt*. Textus denique ex Jure Canonico *c. Henricus Presbyter. 2. in med. X. de Cleric. pugnans in duello*, cõfer hic ea quæ habet *Dn. Johann. Otto Tabor. in prelaudato commentar. de Aphotism. cap. 4. §. 12.* Hisce adde rationem ex natura feudalium servitiorum petitam, quæ ejus sunt indolis, ut certæ cujusdam personæ industriam respiciant. Antè omnia autem defectum alicujus textus in Jure Feudali, qui id expressè tradat, cogita. Quod si verò Feudistæ tale quid addere voluissent, sine dubio expressis id verbis declarassent. *arg. l. un. §. ubi autem in f. 11. C. de Caduc. tollend.* Neque etiam commodè id potuerunt facere, cum mutata personæ conditione, quæ locum facit beneficio, deficiat & ipsum beneficium *l. in omnibus. 68 ff. de R. 7.* Atq; hæc quidem sententia de Jure communi Feudali procedere videtur. A quo diversum abit Jus Saxonicum. Invenimus



venimus enim in part. 3. Constitut. Elector. 28. pr. constitutum. Dasz die Geisliche Personen auß der Lehngüter successio nicht können noch sollen außgeschlossen werden/ sintemal sie ihre Lehn durch andere Substituirt gegen den Lehnherrn verdienen können/ dessen seynd unsere Verordnere einig. Nisi Investiturarum literæ personalia Vassalli servitia requirant. Tunc enim tales per Substitutum haudquam servire possunt Dn. Benedict. Carpz. ad hanc constitut. Def. 4. Sed age videamus nunc Adversariorum, quos inter Cubach. cent. 2. Decur. 7. q. 10. agmen ducit, rationes, quibus nostram thesineunt, ut lenocinantur sibi, interversum. Trahunt huc autem cum primis textus 2.F. 26. §. qui clericus 2.F. 21. §. 109. in quibus ita dicitur: Miles Christi desinit esse miles seculi. Quod si verò Clericus per substitutum servit, non utique servit seculo, sed manet miles Christi. Quocirca si officium gerit, habebit etiam beneficium. Sed repositurimus. Substitutus omnem suam qualitatem à Principali habere debet. At hic cum sit inhabilis in totum, ipsius utique vitium excludit omnem substituendi potestatem. Videatur textus 2.F. 20. vers. ex hoc. Textus præterea 2.F. 21. pro nobis equidem facit, utpote in quo dicitur. Beneficium non debet pertinere ad eum, qui non & gerit officium. Sanè hæc ratio generalis est, etiam Substitutum ipsum excludens. Siquidem Jure Feudali officium seu servitium is præstare haud intelligitur, qui ipse per se inhabilis, per alium servire satagit. Documentum hujus habemus in femina 2.F. 11. v. ad filias. 2.F. 29. ibi. sic dicimus in femina 2.F. 50. item in mutuo ac surdo 1.F. 6. §. f. §. 2.F. 36. Ad quorum instar pariter de Clerico judicari debet. De cætero quod attinet c. 2. f. 40. §. Item si Clericus tantum abest, ut illud contraveniat sententiæ nostræ, ut potius de alio longè Feudò, scilicet Novo loquatur. Id quod testantur verba ipsa: à Rege datum. Est & insuper conceptum de clerico non suo, verum Ecclesiæ nomine Feudum tenente, ut cujus summus hic favor militat. Quà de causa dicendum, Clericum per indirectum, scilicet quatenus Ecclesiæ præest, Feudum tenere, sicq; etiam substitutum dare. Quæ ut potiora excutere voluimus, cum cæteris paria faciunt Sincelshaus D.F. 6. tb. 16. Berl. part. 3. concl. 23. §. 39. n. 5. Mynsing. cent. 5. observat. 48. Arum. D.F. 3.





1482  
ib. 42 Hartm. Pistor. lib. 2. quæst. 83. n. 3. & seqq. Rosentb. in Syn. Feud.  
cap. 7. conclus. 29. n. 2. & seqq. Niell. D. F. 5. ib. 5. l. a. Godofr. Anton. D.  
F. 6. ib. 9. l. c.

#### CONCLUSIO IV.

Occisus quis in confinio reperitur, ita ut pars  
Corporis in Mavij, altera in Titij territorio re-  
periatur, ejus hoc loco cognitio non est. Das  
auffheben ein fretschpfandt Stuch vnd Wunden maß  
zu nehmen in cujus territorio caput, nec in cujus  
cor, nec in cujus pedes positi jacent, sed potius  
utriusque, quo ipso præventioni locum esse sta-  
tuimus.

Multorum ingenia torfit hæc quæstio, variæq; secundum cujusq;  
judicium de ea opiniones enatae, usq; aded, ut facilior horologio-  
rum, quam sententiarum concentus videatur esse. *Berl. part. 1. Decif.*  
*62.* vergit in eorum sententiam, qui huic cognitionem tribuunt,  
In cujus territorio inventum est caput. *ob l. 4. ff. de Reliq. & Sumtib.*  
*fun. l. 17. C. de Pan.* Sed minus rectè. Pro quarum explicatio-  
ne v. *Reinhard. Bachov. ad Treutl. v. 1. Disp. 19. thes. 4. lit. a. Sigismund.*  
*Sinckelthaus D. F. 4. ib. 19. Cujac. lib. 21. Observat. 4.* Ea tamen lege,  
ut perpendas unâ probè hypothese in *Coleri in Isagog. Jurisprud. per.*  
*2. Disp. 4. Cororoll. ultim.* scilicet externæ læsionis. Ex quo refelli si-  
mul illorum opinio satis utique potest ac super, qui secundum  
ipsam corpronunciandum astruere conantur. *ob l. 1. & Avhent.*  
*Qua in provincia C. ubi de Crim. agi oport.* Ut enim dubia ad-  
huc cordis præstantia præ cæteris humani corporis membris, ita  
& sic relinquenda, *Sigism. Sinckelthaus d. l. lit. b.* Pedum rationem  
hoc casu habendam unicè *Johan. Niell. Disp. Feudal. 11. coroll. lit. d.* ob-  
trudere fatagit, obstrigillante acriter, & rectè equidem *Petro.*  
*Theoder. Colleg. Criminal. Disput. 4. thes. 3. lit. b. tum quod affectu lethali*  
*vulnere & viâ quid adhuc conficere, vel ab homicida in flumen*  
*proijci possit. &c. tum quod pedes, dum pronus cadit vulneratus, a-*  
*lium locum occupare possint. tum deniq; quod secundum Sigis-*  
*mund. Sinckelthaus d. l. accidere facillimè queat, uti unguis vulne-*  
*rati*



rati pes in hujus, alter verò in alterius territorio inveniatur. Quo  
 igitur casu, quodnam quæso iudicium ferendum? Mover se hic  
 in *Nielly* quidem gratiam *Gotthofred Muller. Diss. Feudal. 3. tb. 11. sed*  
 ad instar *Totentianæ Aniculæ* nihil promovet. Ait autem 1. Si in-  
 terfecto vulnus sit afflicto, tunc sanguine in uno tantum territo-  
 rio apparente, ibi delictum perpetratum fuisse præsumi debet, in-  
 deq; ejus loci Domino cognitio adjudicanda. 2. Sanguine in duo-  
 bus simul territorijs apparente, tunc quia dubium, ubinam homici-  
 cidium commissum, communi opinioni standum, atq; pro capite  
 judicandum. 3. Sanguine verò in nullo territorio apparente (quia  
 vel quis fuste vel simili instrumento occisus, vel sanguis etiam a-  
 qua pluvia abstersus) tunc si percussione facta statim fons vitæ  
 fuerit peritus, ita ut trucidatum pedem movere non potuisse ve-  
 rosimile sit, tunc *Nielly* procedere opinionem. 4. Deniq; si verosi-  
 militer appareat, occisum accepto vulnere lethali ulterius progræ-  
 di, aliumq; locum, quam in quo transfossus fuit sortiri potuisse, eo  
 casu cum multa accidere possint, ut ibi non dicatur vulnus acce-  
 pisse, quo pedes vel caput jacent, rursus principale membrum Ca-  
 put spectari debet. Quæ omnia, quousq; spectanda, integris animis  
 dijudicandum. *Primò* enim quod attinet sanguinem in uno tan-  
 tum territorio apparentem, nihil incertius est, quam delictum ibi  
 perpetratum statuere. Quoniã, (a) experientia firmat, vulnere quan-  
 doq; lethalia in initio vix quicquam sanguinis egerere. Quocirca  
 inhabile est illud documentum, quia in hoc territorio apparet san-  
 guis. E. ibi quoq; perpetratum homicidium censendum (b) Sunt  
 nonnulla instrumentorum genera, quæ simul atque perfecerint  
 ictum, foramen posse obducunt, quo fit, ut sanguis statim com-  
 modè exilire nequeat. (c) Non nimis mirum videri solet, si initio  
 quandoq; copia effusi sanguinis non appareat, cum antequam  
 vulneratus accepto ictu alterius territorium ingrediatur, in vesti-  
 bus nonnunquam recondatur sanguis, qui postmodum cum nimis  
 copia oneratur, in alterius demum territorio penetrat. Quæ om-  
 nia equidem obversantur sententiæ sanguinem spectanti. Maxi-  
 mè cum nullum inde firmum documentum venire queat, plenam  
 quoad perpetratum crimen fidem quod faciat, quod tamen hic





ad esse cum primis necessarium, quò competenti iudici, qui est istius loci, in quo inflictum vulnus, deferatur cognitio, ne, si alteri cui-dam defertur, hoc exurgat exinde in conveniens, ut ille de delicto in alterius territorio commisso iudicet. Igitur quoniam ex indicio sanguinis nulla certa conjectura colligi potest, neutri ex hisce præ alio discernenda est cognitio, sed potius ambobus juxta reservanda. *Secundò* vix concedendum, ut hoc in casu, cum dubium ob sanguinis profluyium in amborum territorijs apprens existit in cujus territorio delictum sit commissum, ut secundum caput pronuncietur. Quia ut supra in confutatione prioris opinionis dictum, capitis ratio in præsentì negotio habenda vix est. *Tertiò* si fuste quis vel simili instrumento occiditur, vix possibile est, uti nullum externum signum deprehendatur. Quod si vero sanguis aqua pluvia absterfus sit, incertum utique evadit, in cujus territorio perpetratum facinus sit. Trucidatum porrò aliquem ita esse, ut nullum statim amplius movere pedem possit, hoc quidem prout supra ex *Sinckelthaus d. l.* videre est, nunquam contingit, & si contingit, statuendum adeò, pedes rùm cadendo alium occupare locum posse. *Quartò* incerta sanè conjectura est illa, secundum quam iudicium ferendum statuit *Muller*. Undè enim sumatur illa, & si adhuc circumstantiæ, quæ illam inducant fortè, neq; pro pedibus, neq; pro capite pronuncian-dum arbitramur. Scilicet præventioni statuimus locum esse, cum quoniam id, quod in confinio est, ad utrumq; confinem locum communiter pertinet *arg. l. 5. §. 2. vers. quod si ex mediano D. de his qui effud. vel deiec. Tum quoniam* inter ordinarios iudices, qui pares in lictione sunt, locum præventio habet. *4. c. cum plures 8. de offic. & potest. Deleg. in glo. ibi. ipsorum quilibet. Tum quoniam* hoc modo citius finiuntur lites. *Tum deniq;* quoniam hæc opinio communis secundum auctoritatem à *Deciano Citatorum Sinckelthaus Baehov. d. d. loc. quibus jungatur Caspar. Leipold. in Decur. Gem. de Concurrent. liction. in Imper. Roman. German. quest. 13.*

CONCL.





CONCLUS. V.

Osculum impudicum facit, ut Vasallus Feudo  
privari possit.

Missis atq; valere jussis differentijs inter Basium, Suavium atque  
 Osculum de quibus curatius *Caspar Barth. lib. 32. Adversariorum c.*  
*1. Anson. Popma de Different. Verbor. lib. 3.* agunt, dicimus, tantum  
 impudica hic oscula attendi, & quæ nec consuetudo Regionum  
 vel alius respectus absolvit. Dicta esse oscula constat, quod fiant  
 osculo seu ore admoro, quod osculantes contrahimus. *Matth. Mar-*  
*tin. in Lexic. Philologic.* Horum usus è Persia migravit, cujus incolæ  
 se invicem osculari solebant, quoties aut salurandi, aut valedicen-  
 di necessitas id exigeret. Ipsa autem personarum conditio in-  
 primis faciebat, ut diversimodè dilargirentur oscula. Scilicet  
 par paris os attingebat labijs. Superioris verò genas inferior,  
 Regis verò pedes subjecti osculo invadebant. Ex quo etiam tan-  
 quam signo quodam subjectio inducebatur. Sicut & Hebræi ju-  
 xtà linguæ suæ proprietatem Deosculationem pro Veneratione  
 ponunt. *Ludovic. Cæl. Rhodigin. lib. 4. Antiquar. Lektion. cap. 2.* Et in  
*Psalm 2 v. 12.* est: *Rüffet den Sohn/ daß er nicht zürne h. e. submitti-*  
*te vos sicredentes verbo ac evangelio.* Hic orientalium Regum  
 factus etiam in ceteros Dominantes ivit, donec & ad Romanos  
 Imperatores pervenit. Tandem, quod mireris, & Pontifices hunc  
 sibi vendicârunt. Quippe *Dn. Carpz. in Vindic. Juridico Polit. Theo-*  
*logor. Luther. anor. Post. 3.* ex Ceremoniali Romanæ Ecclesiæ refert,  
 statutum fuisse, ut omnes, cum primùm in conspectum Pontificis  
 pervenerint, pedes ejus oscularentur. Qui mos secundum *Wolff.*  
*Tom. 2 Lektion. Memorab. centur. 16.* prioribus temporibus incogni-  
 tus fuit. Nunc autem cum primis evilit, postquam in legatione  
 quadam Elephas ter genibus flexis, curvatoque corporis ha-  
 bitu Papam debito (est siquidem Dei in terris vicarius) honore  
 affecit, hunc adeò Bestialem reddidit. Ex veteri igitur Persarum  
 instituto (ut redeamus scilicet undè dilapsi sumus) promanavit o-  
 sculorum titus translatusque deinde ad fœminas est. Qui si tra-  
 hatur





hatur ex regionum consuetudine, Vasallum non magis, quam salutatio quadam, feudo privare poterit. Quod si verò præter hanc contingat, ac quadam præterea libidine succinctus inveniat, tunc quoniam sub turpi lusu continetur, ipsum adeo Vasallum feudo provolvit, qui sibi habeat, quod tanti emerit pœnitere. De Jure Civili vult *Matthæ. de afflictis Decis. 176. n. 5. ex l. 1. ff. de Extraordinar. Crimin. cum Glossa quog.* probare, quod deosculans virginem invitam extra ordinem puniendus sit. Vide hic *Cas. Ursill. in annotat. sub. n. 1. § 7.* Ubi plura notatu in hanc rem digna inveniuntur. Ut ita non mirum sit, à Feudistis hæc parte privationem feudi pro pœna induci. 1. *Feud. 5. v. item si fidelis, ibi: vel concumbere se exercuerit, aut turpiter cum ea lusit. Menoch. A. 7. Qlib. 2. c. 267. n. 3. Borchhold. de Feud. c. 8. n. 98. Magnif. Dn. Ordinar. Jerem. Reusner. D. F. 9. thes. 32. Schmdr. de Feud. part. 19. c. 2. n. 8. Rosenbal in Synops. Feudal. c. 10. concl. 28. n. 1. Arum. D. F. 8. th. 3.* Obstetricæ hic opus habere Canonistas dixeris, usque adeò in gignenda quadam distinctione exsudent. Dicunt videlicet, distinguendum hinc sedulo inter Clericum ac Laicum esse, huncq; tantummodò pœnæ privationis, non vero illum subjacere. Rationem ut audias, *arrectis auribus asta.* Quia Clerici osculantes mulierem ajunt, presumuntur hoc benedictionis imprimendæ causa facere. Prout ita sentit *Glossa in cam. absit quest. 3.* Quod nihil utiq; ex vero trahere persuasum sibi habet *Sigismund. Sindeltshaus D. F. 19. c. 10. lit. b. & maximè quidem ob communem naturæ corruptionem, quæ æquè clericos ac cæteros subjugat.* Quæ igitur hac parte benedictionis imprimendæ spes exserere se poterit? Et sanè nisi dicamus, facilius miracula fieri, quam credi, quid in illorum favorem vertere possit, haudquaquam videmus.

### SEMIDECADIS III.

#### CONCLUSIO I.

Non nisi cautè, circumspectè, temperatis, ac sericis, ut Illa ait, verbis de Jure Publico in Academijs disquirendum est.

Multorum equidem animos occupavit opinio, vix quavis ratione de Jure





de Jure Publico in Academijs disputandum, cum periculosum nimis videatur, vocare talia sub censuram, Principum actiones quæ concernunt. Indè scilicet percrebuit vulgatum ac decantatissimū illud, istoq; Poëta ludibrio dignū, cui non dicitur Hylas? Periculosa alea plenissimam rem esse, scribere de ijs rolle, qui possunt proscribere, contrāq; eos disputare, qui possunt amputare. Quorum severitati velificantur hæc M. Terentij penes Taciteum lib. 6. Annal. 8. verba: Non est nostrum astimare, quem suprā ceteros & quibus de causis extollas. Tibi summum judicium Dij dederunt, nobis obsequij gloria reliqua est. Cui geminum fermè est illud, quod paulò post haberet: Abditos Principis sensus, & si quid occultius parit, exquirere, illicitum, anceps, nec ideo assquare. Porro Ictus ait Auctor Discurs de Necessitate. Ictus ad Hippoliti à Lapid. de Ration. Stat. Prefation. ch. 13. minister legislatoris est, eundemque cum illo in explicandis legibus finem atq; objectum occupat. Unde quæ ad Legislatorem requiruntur, ea omnia JCum quoq; constituunt, ea inquam, sine quibus ille bonas & salutare leges non prescribere, hic rectè ad commodum civium interpretari nequit. Quomodo autem leges patrias atq; domesticas cum fructu explicare poterit, nisi haullis prius in Academia fundamentis quodammodo, atq; de limine salutatis Juris Publici præceptis. Cum non alium in finem Aurea Bulla, Recessus Imperij, Transactio Pafaviensis ac talia videantur esse promulgata, quàm ut nobis facem alluceant in publicis negotijs, in tantum, in quantum licet, dijudicandis. Ne scilicet virilis ætas rudes nos pariter atq; imperitos deprehendat. Faciunt huc imprimis ea, quæ ex Celeberrimi Dni. Buchneri ad Plinium notis convexit Gothofr. Fibig in Elect. Jur. Publ. Semid. dec. 1. q. 4. n. 18. Et quis quæso tam Homericis oculis, qui non videat, Jurisprudentiam ut Totum integrale dispesci in suas partes integrantes, jus Privatum scilicet atq; Publicum S. ult. inst. de just. & jur. l. 1. S. 2. D. eod. Quicumq; igitur huic studio attendere cum fructu cupit, is utiq; ejus duas positiones ut appetat, necesse est. Maximè cum secundum Pomponium in l. 2. S. 43. D. de Orig. Jur. Partitio ac Nobili ac causas ante turpe admodum sit, jus, in quo versaretur, ignoret. Quod etiam collimant Patrum in Supremo Consistorio Electorali ad Sereniss. ac Potentiss. Saxon. Electorem litteræ d. 14.

D

April.





April. 1630. præscriptæ: quarum tenorem exhibet *Dn. Carpz. D. F. 1. Semid. quest. 1. n. 8.* Wir können aber darben zuerinnern nicht vnterlassen/wen die angeführten rationes gelten solten/dass die Professio Juris Publici in Imperio Romano-Germanico abzuschaffen/vnd nur Doctores Juris Privati (bessen vnser Professores vnd Facultisten bißheran fast alleine sich befließen) zu creiren/vnd würde viel zu lange gewartet seyn/wen die von Adel vnd J.Cti ihr Jus Publicū erst in aula (da man keine præcepta sondern allein Exempla findet) erlernen wolten &c. *Non possumus autem non hic distinctionem alluere, quam habet Gorbosfr. Ebig. d. l. quæ totam hanc quæstionem ex imo terminat. Scilicet distingui debet, inter Juris Publici capita. Illa enim respiciunt principia ac fundamenta Juris Publici generalia, in Constitutionibus imperij iam revelata, publiciq; juris facta, immò certo modo definita, ut Imperatoria Statuumq; Imperij decessione minimè opus habeant: vel concernunt talia, quæ adhuc inter Cæsarem Majestatem, Statusque Imperij, aut etiam inter ipsos status adhuc controversa sunt. Scilicet non de talibus inter plures disputandum, at rectè verò de prioribus. Quanquam non aliter, quàm cautè, prudenter, ac circumspicè, ac summâ quadam cum animi moderatione, quæ nimias curiositates, ac nimiam iudicandi licentiam habeat procal. Quasi semper hic observari debeat animo istud Poëta: *Ne quid nimis*: Optimūq; aded esse, *Tenere secundum Tacitum in vita Agricola c. 9. è sapientia modum*. Nam licentiosa audacia, quæ ad rebellionem viam sterni, magistratui causam præbere potest, ut certa Juris Publici capita in scholis vel alibi tractari publicis vè scriptis ventilari edicto prohibeat *Johan. Limn. in addit. ad lib. 13. rom. 1. c. 2. n. 17.* Non omnis igitur disputatio, sed audax nimis ac curiosa prohibetur, quoad determinata ac generalia J. P. fundamenta. Sicut quoad controversias inter Cæsarem ac Status, vel Status tantum ortas, obsequiosum silentium præcipi debet, ne poenam incurrant curiosi nimis, quæ Therites ab Agamemnone Rege, obsidione Troiana tulit. Scilicet *sanctius ac reverentius est, de talibus errare, quam scire*. In quam re n præclarè *Horsted* dissert. Von Rechtmässigkeit des teutschen Kriees/ *lib. 1. c. 12. S.* weil dann fast sorglich ist ohne guten Verstand von tzigee*

Krieges



Kriegs-Blung zu reden vnd zu vrtheilen / vnd noch gefährlicher seyn  
 wil / sich dem Werck anhängig zu machen denn wehr alhier fehlet / kan  
 sich selbst leicht stürzen vnd auß der gerechten Straffe Gottes vmb  
 Leib / Gut vnd Ehre kommen. &c. Intellexit hoc utiq; callida, & ul-  
 era fœminam provida mulier Livia. Quæ apud Dionem lib. 58.  
 interrogata, quibus artibus Augusti animum expugnasset, respon-  
 dit duabus, quod nec in facta ejus curiosè inquisivi, nec &c. v. hic  
 Dn. Johann. Otto Tab: in commerc. ad Tit. C. de Metat. & Epidem.  
 c. 5. n. 5. & seqq.

### CONCLUSIO II.

#### Diu est, quod credi desijt, Imperatorem Coro- natione Papali opus habere.

De corona singularem interpretationem Clemens Alexandrin. lib. 2.  
 Pedagog. c. 8. habet, quando scribit: Reges autem Judeorum cum co-  
 rona utuntur auro & preciosis lapidibus composita, & variegata, tan-  
 quam Christi quidam, Christum Symbolicè in capite gestantes, ignora-  
 bant, se capite Domini ornari. Lapis utiq; pretiosus aut margarita, aut  
 smaragdus ipsum verbum significat. Aurum verò rursus nihil aliud est,  
 quam ipse λόγος sive Verbum Christus, occupationis veneno minimè ob-  
 noxius. Undè Magi Christo nato aurum obtulere, tanquam regni symbo-  
 lum, manet hęc corona immortalis ad imaginem Domini, neq; ut flos,  
 marcescit. Geminae fermè huic interpretationi sunt illæ, quæ vulgò  
 de tribus Imperatorum coronis circumferuntur. Scilicet, dicunt,  
 per Argenteam conscientia puritas, per Ferream virtus, per Auream  
 Scientia atq; Prudentia discernendi bonum à malo figurantur. De quo  
 trinario coronarum numero ita liberè judicat M. S. C. Bneæ Sylv.  
 penes Dn. Johan. Henr. Bœcler. in Annotat. Histor. de Passag. p. 8. & seqq.  
 Libet hic pauca de coronis dicere, ne stultè videamur eorum opinioni ac-  
 cedere, qui tres coronas Imperatori nec essarias ajunt: Teutonicam, Me-  
 diolanensem, Romanam, & unam Argenteam, alteram Ferream, tertiam  
 Auream esse contendunt, multaq; de metallis sermocinantur, inter quos  
 etiam Legum interpretes delinunt, quid ferrum, quid argentum, quid  
 aurum significet, plurimis verbis explicare laborantes: atq; ut aurum  
 cæteris metallis, sic Romanum Imperium cæteris Regnis præstabilibus esse



*confirmant. Verum cuiuscumq; materiae corona fuerit, ad parabolisandum idonea videri poterit. Nos autem Coronarum numerum nullum certum esse novimus. Et paulo post: Has autem coronas omnes aureas esse compertum habeo, quamvis per medium circulum Corona Mediolanensis lamina quadam parvula ex ferro ducatur, quae stultae interpretationi locum effecit. Quis non igitur videat ex confessione ipsius Aeneae Sylvij, quantum Coronationi huic (de Longobardica enim, quae nullos defensores habet, nihil dicamus) deferendum. Neq; verò quicquam juris in Imperatorem confert, quod à Pontificibus acquirere haud potest, qui omnis Jctonis expertes sunt, nullamq; supra Imperatorem potestatem habent, verum ipsi potius subfunt. Confitetur hoc ipsum Gregorius M. in Epistola quadam ad Mauritium, quae penes Guil. Barclai. de Potest. Pap. c. 3. extat. Ego autem indignus potestatis vestrae famulus. Item: Ad hoc enim potestas super omnes homines Dominorum (intelligit Mauritium Augustamq;) meorum pietati colitus data est. Praeterea habentur in Aur. Bull. Tu 2. Von der Wahl eines Römischen Königes S. Und die Wahl von alter löblicher Gewohnheit ic. haec verba, daß der / so also vorgemeldeter massen zum Römischen König erwehlt würd / so bald solche Wahl vollbracht ist / ehe denn er in einigen Sachen oder andern Geschäften in Krafft des heiligen Reichs handelt / Quae evincunt, per solam Electionem consequi Electum omnia jura Imperatoria. Exempla Frider. I. ac Carol. V. Imperatorum plenam huic assertioni fidem faciunt, quae penes Dn. Bened. Carpz ad Leg. Reg. cap. 2. sect. 9. n. 16 & 17. invenies. Nec aliud volunt Ludovici Bavari Constitutio, quam habet. Idem. d. l. n. 18. ibi. Soll auß Krafft der Wahl Gewalt haben zu regieren vnd muß nicht den Pabst fragen &c. & Collegij Electoralis Rescriptum ibid. n. 20. ibi. Et quod nec nominatione, approbatione, confirmatione, consensu vel auctoritate Sedis Apostolicae super administratione bonorum atq; jurium Imperij indigeat. Quo & pertinet D. Ferdinand 3. Gloriosissimi Imperatoris Rescriptum num. 22. Alß wir auß schickung des Allmächtigen kurz verschienen Tagen durch die Wahl der Ehewürdigen vnd Durchlächtigen vnsern lieben Vetteren Oheimen vnd Churfürsten J. LL. den Bevollmächtigten Vortschaffern zu der Ehr vnd Würde des Römischen Königlichem Nahmens vnd Gewalt*



1391.

Gewalt erhoben/erhöhet vnd gesetzt seyn. Nullo igitur jure Pontifices sibi vindicare hanc potestatem queunt, sed si quando coronarunt Imperatores per spontaneam oblationem, ingestionemque, quin & quandoq; per superstitionem coronandorum hanc prerogativam obtinuerunt. Quod onus postea evanuit, scribit *Dn. Bened. Carpz. D. F. 3. q. 1. Semidecad. n. 30.* cum animadvertent Electores, nihil realitatis Papam dignitati Imperatoriae conferre, sed electum protinus ipsorum votis in Imperatorem eveli, in quam rem *vide plura ex Baldo Aretinog, penes Dn. Limne in Addit. ad lib. 2. c. 4. n. 70.* qui & totum ritum coronationis ex Chronico quodam vetusto & non impresso, ad quod Vigniarius provocat *d. lib. 5. cap. n. 45.* refert, quo ipso rem præclaram maximè & utilem literario orbi præstitit. De cætero ex ijs, quæ obstrui contra hanc assertionem nostram possunt, præter Capitulationum verba nihil attingemus. Neq; etiam tanti videntur esse. Urgent autem in primis Capitulationum verbum, ut in *Capitulatione Caroli V. art. 30.* ibi. *Bis zum besten besteißigen die Käyserliche Cron auch in ziemlicher Gelegenheit zum schiersten zuerlangen.* Item in *Capitulatione Ferdinandi 2. art. 87.* ibi *wenigers auch nicht zu empffahrung der Käyserlichen Cron befördern.* In *Capitulatione Ferdinandi 3. Gloriosissimi Imperatoris art. 39.* *Wir sollen vnd wollen auch die Römische Königlische Cron / wie vns als erwählten Römischen Könige wolgeziemet / empffahren / wenigers auch nicht vns zuempffahrung der Käyserlichen Cron befördern.* Quæ capitulationum verba ipsum *Johann. Limn. l. 2. de jur. Publ. t. 4. n. 89.* moverunt, ut vela retrò daret, aq; priore, quam foverat antè, opinione recederet. Qui idem tamen in *Addit. de toto hoc negotio* ita scribit *Si capitulationum tenorem exactius perpendimus, credamus necesse est, Imperatorem diligentiam, quo Coronam Imperialem consequatur, adhibere debere. Ad hoc enim pacto atq; promissione se obligat Electoribus, non autem Pontifici, ut cujus mentio nulla hic fit. Hinc etiã in Electorũ potestate, non autè Pontificis strũ est, an velint Imperatorẽ ab hoc requisitionis Corona Imperialis onere absolvere, & quod sibi promissum, remittere. a. l. si unus 27. §. pactus 2. D. de Pact. Remisse autè & tunc videntur, cum sumtus promissos den Rõmerzug non suppedians.* Plura qui desiderat, adeat *Tom. Michael. de Cron.*



lib. 3. Sincelthausß D. F. 4. th. 2. l. d. Coler. de Imper. Roman. German. th. 6. § 10. Arum. ad Aur. Bull. Disc. 2. c. 20. D. Otto. de Jur. Publ. cap. 10.

CONCL. III.

Recte utique faciunt Principes Confessioni  
Augustanæ addicti, ut durante Missa secedant,  
seque illi subtrahant, nisi officij pro se quisque  
peragend causa ab Imperatore postulentur.

Inter antecedentia Electionem circumfertur vulgò illud à Scri-  
ptoribus, confirmaturque cap. 2. A. B. ut Missa ante omnia celebretur;  
*verba Text.* Nach dem aber die obbemeldten Churfürsten oder  
Bothschaften also gen Franckfurt in die Stadt kommen als bald  
am nechsten Tag in der früe soll man in S. Bartholomæi Kirchen da-  
selbst in aller Gegenwertigkeit ein Meß lassen singen/More ab Ethni-  
cis petito, qui omnes suas actiones ira ordiebantur. Sic *Platonis ver-  
ba Cæl. Rhodigin in præfat. lib. 1. Lectiant. Antiq.* refert, qui ita scripsit:  
Omnes qui modo mente constiterunt ni rei cuiusq, exordio ad Numinis o-  
pem decurrere cōsueverunt, Quod nihil rite, nihilq, providenter homines sine  
Deorum immortalū ope, consilio, honore auspiciarētur. C. Plin. Secund. in  
Paneg. ad Trajan. c. 1. Qua de re Cusan. de Concord. Cathol. lib. 3. c. 37. ita  
differit. Sacri Imperij Electores dum ad Electionē procedere futuri Im-  
peratoris volunt, de staturo cum omni humilitate atq, devotione maximā  
ad divina convenient spoliante se omni peccato ut in medio eorū sit Chri-  
stus Dominus. Et invocata gratia S. Spiritus post introductionem de-  
votam agenda rei, tractent de pluribus, qui ad imperium dispositione ex-  
trinseca & intrinseca tanta Majestatis digni esse possint. Caterum  
postquam hic ritus Missæ in Ecclesiis Protestantium evanuit, ex-  
plicitius hi putarunt esse, discedere inteera potius, quàm præsen-  
tiam suam huic commodare. Quemadmodum hoc multoties  
factum fuisse, ex historia discimus. Sic cum Maximilianus 2. eli-  
gebatur, Saxo ac Brandenburgicus, Landgravius, Palatinus, Lauen-  
burgicus, Anhaltius alijsque in proximum conclave abierunt, nec  
antē



1397  
antè, quam finita hac ceremonia, reversi. Tale in Electione  
Mathia contigisse nemini ignotum est. Tumenim surrexerunt,  
inque sacellum, quod propè chorum est, cum Consiliarijs Aulicis-  
que dum missa celebraretur, concesserunt. *Aulf. Descript. Elect.  
Mat. 3. imp. apud Goldast. in Polit. Imper. part. 1. Disc. 14.* Quem  
modum in nuperà D. Ferdinandi 3. Electione Legatum Saxonicum  
servasse, testis est *Dn. Bened. Carpz. in Legem Reg. cap. 3. sect. 3. n. 24.*  
Quod si verò officij peragendi causa specialiter postulentur, tunc  
utiq; hoc subire necesse habebunt. Simile quid Anno 1530. in Co-  
mit. Augustanis contigisse legimus, ubi Cæsarea Majestas Johanni  
Saxoniz Electori injunxit, uti gladium eunti ad Missam præferret.  
Quod quidem ille, re tamen in notitiam prius Theologorum per-  
lata, facere nequaquam recusavit. *Cælest. in. actus illorum Comitor.*  
De qua re *Balthasar Wirtenbach Comissionator Aulicus Wirtenbergicus*  
*consultus, graphice respondit:* Da aber die Kaysertliche Majestät dar-  
auf würden beharren/ vnd die Chur vnd Fürsten nicht erlassen mocht-  
en dieselben der Kaysertl. May. zu wilfahren hierinnen sich bewillig-  
en/ doch mit der Protestation, daß sie darmit solchen vermeinten  
Gottesdienst nicht billichen/ noch darein hiermit consentiren wollen/  
sondern was sie theten/ daß theten sie ihrer Kaysertl. May. vnd nicht  
dem vermeinten Gottesdienst zu ehren/wollen auch hier ihrer Maj-  
stät ein Politicum officium, non Deo cultum (qui nullus est in hac  
ceremonia) leisten/vnd beten ihr. Maj. die wollen keinen ungnädigen  
Mißfallen darob tragen / da sie die Chur. vnd Fürsten ihres Gewis-  
sens zu verschonen vnd Vergernuß zu meiden / dem sacrificio vnd  
Gottesdienst keine reverenz (quæ est signum adorationis & ap-  
probationis) thun würden.

CONCL. IV.

Frustrà sunt statuentes, nullum è Protestan-  
tium Principum numero in Imperatorem e-  
ligi posse.

Protestantium nomine in Romano-Germanico Imperio veniunt  
proprie



propriè illi Principes, qui contra decretum Comitiorum Spiren-  
 sium de Anno 1529. protestati sunt, appellaruntque ad Cæsarem,  
 simulq; ad Concilium Generale. *Dillingens. Composst. Pac. cap. 1.  
 quest. 1. n. 5.* Fuerunt autem Saxo, Brandeburgicus, Luncburgens.  
 Landgravius, Anhaltinus, qui die 19. Aprilis palam cur assentiri  
 nollear, de scripto recitarunt. *Johan. Sleidan. de Stat. Religion. & Rei-  
 publ. lib. 6. sub anno 1529.* Horum nomen postea induerunt Princi-  
 pes à Catholica Religione alieni; nec tantum in Germania, verum  
 & in Gallia quoq; .v. hic *Guilielm. Camden: de Regn. Elisabetha p. 75.*  
 De quibus jam quæstio nostra formanda venit. Mirum autem  
 quam plurimis videtur, cur hic inducat dubitationem *Canin. in Di-  
 scurs. ad Aur. Bull. §. 115.* Cujus verba *Johan. Limm. in Addit. ad lib. 2.  
 de Jur. Publ. c. 2. n. 88.* latino sermone talem in modum induit. *He-  
 reticos quantum attinet, vix est, ut videatur illos ad hanc dignitatem  
 pervenire posse. Ad minimum enim contrarij illis esse debent tres Ele-  
 ctiores Ecclesiastici qui Catholicam Religionem profitentur. Et Rex Bo-  
 hemie, ejusdem fidei, qui voce sua se potius electurus si hic casus emerge-  
 ret, quam alius. Accedit, quod Germanie Principes Heretici in diver-  
 sas scissi sectas, se invicem majori prosequantur odio quam Catholicos.  
 &c. Et paulo post. Lutherani verò proprie heretici Germanie sunt,  
 quibus Imperator dum primam suscipit coronam, solet promittere, se il-  
 los protecturum, nec permissurum, ut Religionis causa molestus exponan-  
 tur. Unde proximè defunctus Imperator, postquam illud jurejurando  
 confirmasset, statim Romam misit pro impetranda absolutione. Præ-  
 terea Principes perpendere debent, impossibile esse, ut ad gubernacula  
 Imperij electione perveniant, & c. fieret enim electio cōtrà sacros Ecclesie  
 Catholica canones, & cōtrà consuetudinē Imperatorū Occidentaliū tam  
 Francorum quàm Germanorū &c. Ubi tandem ita concludit: Ut bre-  
 vibus dicam, omnis Princeps heresi addictus constitutionib; illis remove-  
 tur ab electione Regis Romanorū &c. Solam enim constitutionem de  
 Pace Religiosa si inspexisset alia omnia potius sensisset. Ibi enim ex-  
 ferrè plurimis in locis traditur Lutheranos Catholicosq; nullo di-  
 scrimine agēdos, ut in §. 2. *Keinem Stand des Reichs von wegen der  
 Augsburgischen Confession und derselben Lehr Religion und Glaubens  
 halben mit der That gewaltiger Weise vberziehen beschähige ic. sondern  
 bey solcher**



bey solcher Religion ruhig vnd friedlich bleiben lassen. item §. vnd nach  
 dem einige Vergleichung der Religion vnd Glaubens Sachen §. nach  
 dem aber in vielen *ibi*. die Religionen nemlich vnser alte Religion von der  
 Augspurgischen Confession verwarden Religion &c. Quæ causa etiam  
 est, cur *Henr. Andr. Crm. in Dissert. de Pac. Religiof. par. 1. Problem.*  
*2. Connex. statuat, Vasallum Catholicum ob mutatam Religionem*  
*feudo non privari, Dn. Carpz. autem in Jurispr. Forensf. par. 3. c. 14.*  
*def. 10. tradat, neminem jus successionis vel hereditatem sibi dela-*  
*tam amittere, propterea quod Religionem Pontificiam amplexus*  
*fuerit, immò nec exheredari posse Accedit porro id, quod maximè*  
*urget Gerlac. Buxtorff. ad A. B. th. 30. quod tales Status habiles ad*  
*eligendum sint activè, quid igitur prohibet, cur non & passivè.*  
 At videtur *Canin.* in primis in hanc opinionem praxisse jura-  
 mentum, quo obstringitur Romanorum Rex ad defensionem Pon-  
 tificis Romani, Catholicæq; Ecclesiæ, cujus esse Advocatus dicitur.  
 Talis siquidem Articulus in capital. Caesar. extat: Zum ersten/  
 daß wir in Zeit solcher vnserer Königlischen Würden Amtes vnd Re-  
 gierung die Christenheit vnd den Stul zu Rom auch Päpffliche Hei-  
 ligkeit vnd die Christliche Kirche als der selben Advocat in guten treu-  
 lichen Schutz vnd Schirm halten. Sed extra rem planè etiam inde  
 quæquam periculi Lutherana religio, atq; libertas Imperij time-  
 re habet; ipsum enim jnramentum non ulterius astringit Impera-  
 torem, quam quoad posse juxta *cap. 1. §. porro X. de jurejurand.* Et  
 cum Imperatorium sit officium pacem, tranquillitatem & salutem  
 imperij conservare omne id cum detrimento imperij conjunctum  
 quod est, attèdi haud habet. Vide sis quæ ex Seldo in hanc rem pro-  
 fert *Dn. Bened. Carpz. in Leg. Reg. cap. 2. sect. 10. n. 11.* Eodem enim jure,  
 quo Septemviri electum hac lege astringunt, eodem omittere eam  
 queunt. Quin imò dicendum, promissionem tantummodò patro-  
 cinium politicum concernere, quo Imperator Ecclesiæ obstri-  
 ctus est l. 9. § 10. *C. de sum. Trinitat. Clem. 1. v. ipsius Ecclesia debent*  
*esse prompissimi defensores &c. de jurejur.* Prout ita statuit. *Idem*  
*in Syn. Feud. Diss. 2. q. 2. Semid.*

E

CONCL.



CONCLUSIO V.  
Foedus Hanseaticum tam licitum est, ut quod  
maximè.

Non hic de derivatione nominis magnoperè laborabimus. Sive enim dicantur secundum *Johan. Gorop. Pontan. Francie. lib. 3. à voce Anse* societatem demonstrante; sive ex mente *Hadrin. Jun. cap. 9. Elifor. Bam.* à Gothico verbo Ansi, quod eos in primis stringit, qui ultra humanam conditionem positi, vel qui cæteros fortuna atq; divitijs longè posse relinquunt. A quo est; quod in nostro idiomate Hansos additâ voce H. Majores olim Proceres appellaverunt. Sicut & hodiè in Helvetia Rhetiaq; die Hansen Nobiles ac Optimates & quidvis potius quam civilia ingenia habentes, nominantur. Quid quod nomina ista appellativa Hans / Anshelmus, Ansbrechtus, Ansfridus, Answaldus ac si qua talia inde originem trahunt. *Christoph. Besold. in Thesaur. Pract. in vocabulo Hans.* Et cui quæso ignotum in inferiore Germania Grote Hanse dici eos, qui albæ gallinæ filij esse cupiunt? dat wil ein Gewaltiger Hans wesen. Cui geminum est illud, quod reperitur in ipsis Imperij constitutionibus. *Neuterbestallung zu Speyer de anno 1570. art. 50. ibi. durch Herren Junckern / Knecht / Gros oder Klein Hans geschehen / &c.* similiter *hänfeln vor ein Hänlein halten* idem quod divexare, ludibrio habere est. A qua derivatione *Dn. Theodor. Rejnck delltrog. Regimine lib. 1. Clafs. 4. cap. 20. n. 55.* avertus hand quaquâ videtur. Sive à voce Hand / quæ mutuum de fensionis vinculum indicat, quod incongruens quodammodo videtur *Johan. Limn. l. 7. de Jur. Publ. cap. 1. n. 66.* Sive à verbo *Handeln* / scilicet à commercijs, quibus indulgent; undè corrupta voce prius *Hanselstâde* / deniq; verò *Hanse stâde* denominata: Sive *Hanse stâde* / quasi am *See Stâde* / quod earum maxima pars mari adjaceat. Sive à Gothico verbo notante congregationem descendat, nobis nunc quidem in censum non venit, qui de eo tantummodò solliciti sumus, *nam hæc societas prolicita habenda?* quod antequâ enodemus, in antecessu origo hujus Fœderis, sed non aliter quam obiter, levîq; quod dicitur *brachio*, excutienda erit. Sunt quidam qui originem hujus fœderis ad  
tempo-



tempora vetustissima, ac ea quidem imprimis, quæ annua Christi millesimum ducentissimum longè antecedunt, referre contendunt. Sed quam benè monstrat *Herman. Conring. in Exercitijs. de Urbib. German. th. 87.* ubi ita ratiocinatur: *Quoniam Lubeca cum alijs Vandalicis Civitatibus Societatis caput semper audivit, quomodo quæso ultra earum primordia excurrere origo potest? Cæperunt autem condi seculo duodecimo declinante, scilicet eo tempore, quo omnis baltica ora jugum Danicum exiit. Id quod circa annum 1259. contigit. Ut ita exinde concludere in arduo minimè sit, post annum sexagesimum hoc foedus cœpisse. A quo non multum absunt *Keckermann. lib. 1. polit. cap. 24. Warcmund. ab Ehbrenberg. de Fœderib. cap. 2. n. 44. Matth. Stephan. de juris dict. l. 2. part. 2. cap. 3. n. 2.* qui tempus originis anno 1270. tribuunt. Licitam autem Societatem hanc esse exsertè tradunt *Joban. Angel. Werdenhag. de Rebus publ. Hanseat. part. 4. cap. ultim. Dominic. Arumæ. de Comit. cap. 4. n. 131. Idem. ad A. B. Disc. 6. th. 10. Rumel. ad A. B. part. 2. Dissert. 4. th. 34. Dn. Job. Limnæ. de Jur. Publ. lib. 7. cap. 1. n. 79. & seqq. Dn. Bened. Carpz. de Leg. Regi. cap. 6. sect. 10. n. 10. & seqq. Dan. Oitro. de Jur. Publ. cap. 11.* quorum rationes sequentibus imprimis innituntur. Primum scilicet ex *A. B. tit. 15.* constat, clandestinas tantum malitiosasq; subditorum confœderationes, non verò pro pace publicâ conservandâ initas, qualis & hæc est, illicitas esse. Conservandi autem boni publici causâ fuisse contractam hanc Societatem, nemo non dabit, qui qualis rerum complexus tum, cum coierunt inter se hæc civitates fœdere, fuerit, ex historia petet. Deducunt hæc latius *Job. Angl. Werdenb. in præfat. part. 1. §. 3. de Rebus publ. Hanseat. Joban. Limnæ. d. l. n. 79.* Deinde hoc ipsū foedus roboratq; autoritatem à cœnfirmatione Caroli IV. aliorumq; Imperatorū accepit. *Accedit* quod longo jam temporis privilegio sit munitū. Reliqua consulto jam præterimus. Conspirationis autem instar ut habeat, tantum abest, ut credamus, ut potius alia omnia sentiamus. Excludit hanc ipsius Domini, cujus persona excepta invenitur, consensus. *V. hic. Dominic. Arumæ. ad A. B. d. l.* ut cujus jure salvo ac integro hæc civitates cum exteris Societatem formarunt. Monopolij favor, ut illicitus, considerari hæc*

de libertate civitatis Lubecæ in foedere Hanseatico



hic non debet. Maxime cum constet, palmariam contractæ societatis causam in mutua concordia atq; securitate sedere. *Autor* det Vereinigten Teutschen Hansestädte nothwendigen Verantwortung &c. ita scribit: Darwieder ganz ungerneimt zuvernehmen / daß von unsern müßgünstigen fürgegeben werden wil / daß unser Verstand müß auff die commercia allein vnd nicht zugleich mit auff die necessitatem tuitionis vel commerciorum vel ipsarum inprimis urbium sich erstrecken solle. Immo demus & huic velificatas fuisse civitates, nonne temporis immemorialis consuetudo, & Imperatorum consensus vitium hoc tollere cum primis possunt? Nonne ex utilitate nonnunquam monopolia concedenda? De quo, quò minus dubitare queas, adi *Dn. Bened. Carpz. Decis. 4. n. 7.* Illud ex mente *oculatissimi Domini Hermanni Conring. d. Exercitat. th. 101.* labem Germanici Imperij arguit, quod ingens adeò Societas coierit nulla auctoritate publica. Eo enim effectum, ut cum exteris regnis atq; provincijs pacta, contractus, conventus sint initi, non publico Imperij nomine, sed privato subditarum aliquot civitatum. &c. Sed insignis ista rerum in Imperio Romano sursum atq; deorsum euntium, quæ tunc instabat, mutatio id effecit, quò minus eodem, quo Hollandi Societatibus Indicis, modo, & huic statui providere potuerint, quæ opibus quidem privatis, at auspiciis publicis sunt institutæ. De quarum institutione ac cæteris præclarè nos docet *D. Marc. Zuer. Boxborn. de Statu Fœderat. Provinciar. Belg. cap. 8.*

T A N T U M.





00 A 6414

ULB Halle  
002 928 094

3




R


1017











B.I.G.

Farbkarte #13

Inches  
Centimetres

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

50 1303

C. B. D.

# TRIGA SEMI- DECADUM MISCELLANEA- RUM EX JURE PRIVATO, FEUDALI, ATQUE PUBLICO DESUM- PTARUM

*Amplissima atq; Nobilissima Juridicæ Facultat. Consensu*

PRÆSIDE


## GOTTFRIDO SCHNEIDERO

U. J. D. Curiaeq; Provincialis Advocato  
Ordinario

*Proposita Publicè*

PTOLOMÆO Langhorst  
Oldenburgensi.

*In Auditorio 7Ctorum d. Decembr. hor: antem:*



WITTEBERGÆ

Typis MICHAELIS Wender/  
Anno M DC L.

XXV

9 94

